

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiarvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

629. Qua occasione, & à quo tempore introductæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](#)

quod ubi concurrunt nominatio vi precum, & nominatio vi iustius induiti Lovaniensis, hac prava-  
leat, adhuc non sequitur, istam uti hanc non habere  
locum in mensibus Ordinariorum.

*Questio 625. Num contra Casarem quoad  
has preces detur praescriptio, ita ut, si hoc in-  
dulto precum non natur, illud amittat?*

**R**Espondeo negativè; quia contra privile-  
gium consistens in voluntate privilegiati  
non currit praescriptio, si non fuerit usus privilegio,  
dummodo tamen alii fuerint usi. Chok. pag. 21. ci-  
tans Calderin. conf. 1. de rescript.

*Questio 626. Num Papa idem, qui conces-  
sit, vel etiam ejus Successor, preces revocare  
possit?*

**R**Espondet Chok. pag. 88. cum hoc Indultum  
concessum Cæsari ob ejus in Ecclesiam merita,  
nequeatque Princeps in hoc casu bene merentia  
auferre à Donatario, quod donavit, sine causa, vi-  
deri Papam non posse has preces revocare; quod  
utique intelligendum non de Papa utente plenitu-  
dine potestatis sua; sed de eo, quod non deceat id  
eum facere. Unde etiam à tempore, quo Cæsares  
sunt in possessione precum istarum, visum non est,  
per aliquem Pontificem iis uspiam derogatum,  
Chok. ibid.

*Questio 627. Qualiter Precista amittat  
faciam sibi gratiam precum?*

**I.** R espondeo primò: si Precista fiat inhabilis vel  
irregularis, aut crimen commisit, quod priva-  
tionem ipso jure inducit. Chok. pag. 30. ubi,  
quod tamen iterato possit Cæsar tali concedere  
preces; quod credo, intelligit, sublatu impedimen-  
to inhabilitatis.

**2.** Secundò: si Precista renunciavit precibus  
expresè vel tacite; potest enim quis privilegio in  
suum favorem inducto renunciare. c. si diligenti. de  
foro compet. & in hoc casu tam operatur tacitum  
quam expressum. Chok. pag. 30. Censetur autem  
tacite renunciare primò, dum contrahit matrimo-  
nium, & in hoc casu Cæsar potest alium surrogare.  
Chok. ibidem. quod si tamen matrimonium fuit in-  
validum, Precista per hoc non excidit precibus,  
juxta illud: non præstat impedimentum, quod de  
jure non sortitur effectum, de reg. juris. in 6. Quin  
& qui post impetratas preces ad primum vacatu-  
rum duxit uxorem, & ea interim moritur ante pri-  
mum vacans, posse adhuc vi dictarum precum pri-  
mum illud vacans obtinere. pag. 30. ait Chok. ci-  
tans Angel. Tertiò tacite censetur renunciare,  
dum sit miles; cum qui arma militaria exercet,  
perdat privilegium Clericorum; quia facit actum  
contrarium Clericatu, juxta Innoc. in cap. in au-  
dientia. de sent. Excom. imo perdit beneficium, si  
quod habet juxta Par. de resign. l. 1. q. 1. n. 22.

Chok. loc. cit. Quartò dum emitit  
religiosam professionem.

Chok. ibid.

\*\*\*\*\*

\*\*

## PARAGRAPHVS XI.

### De reservationibus ratione alia- rum Exspectativarum.

*Questio 628. Quid sint exspectativae, &  
quotuplicis generis?*

**I.** R espondeo ad primum: Exspectativa (qua-  
retiam dicuntur mandata de providendo, nisi  
quod mandatum de providendo latius pateat, ut  
pote extendens se etiam ad beneficia vacanta) sunt  
literæ Apostolicæ, in quibus mandatur locorum  
Ordinariis his vel illis Clericis providere de bene-  
ficio proximè vacaturo. Azor. p. 2. l. 6. c. 32. q. 1.  
Pirh. de prob. n. 234.

**2.** R espondeo ad secundum, novem gratiarum  
harum exspectativarum enumerari à Staphil. apud  
Azor. loc. cit. q. 4. nimis Primò, quibus Papa  
concedit literas, quibus aliquem in Cathedrali vel  
Collegiata creat Canonicum, certumque Execu-  
torem constituit, qui ei primò vacaturam præben-  
dam conferat. Secundò, quibus concedit, ut quis  
in una Ecclesia habens Canoniciatum, jus habeat  
ad alium primò vacaturum in eis Ecclesia. Ter-  
tiò, quibus mandat, ut alicui habenti Canonica-  
tum provideatur de alio simplici beneficio in ea-  
dem vel alia Ecclesia. Quarto, quibus concedit, ut  
regularis habeat jus ad obtinendum beneficium  
aliquid seculari. Quintò, quibus conceditur, ut  
certi Ordinis Religiosus jus habeat ad aliquod be-  
neficium regulare alterius Ordinis obtinendum.  
Reliqua similius gratiarum genera ibi enumera-  
ta, non tam beneficia vacatura, quam retentionem  
habitorum concernunt.

*Questio 629. Quà occasione, & à quo  
tempore introducta Exspectativa?*

**I.** R espondeo ad primum: cum quidam olim E-  
piscopi abuterent potestate conferendi  
beneficia, praferendo indignos dignis, & vel maxi-  
mè à se promotos ad Ordines repellenter à bene-  
ficiis, Pontifices per diplomata sua locorum Ordinariis  
principere cœperunt, ut Clericis idoneis, &  
præstern illis, quos ad Ordines sine beneficio ullo  
promovissent: quin & certo alicui à se nominato,  
quem ob insignem virtutem integratatem aut singula-  
rem literaturam, aut ob collatum aliquid in Eccle-  
siam meritum hac ratione remunerari intendebant,  
beneficium proximè vacaturum conferrent, Azor.  
loc. cit. q. 1. & ex eo Pirh. loc. cit.

**2.** R espondeo ad secundum, Exspectativas &  
mandata similia Apostolica verisimile est, in ufo  
non fuisse ante annum 1150. eò quod in toto decreto  
volumine, quod circa Annum illum à Gratiano Monacho editum, nulla de iis mentio repe-  
riatur. Azor. loc. cit. ad initium c. 32. & eo Zip. l. 3.  
juris pontif. ad tit. de concess. præbenda. Exspectativa-  
rum initia aliqui referunt ad Alexand. III. Exspe-  
ctativarum usum inveniunt circa tempora Innoc. III.,  
qui anno 1198. Pontificatum initit, ait Lott. de re be-  
nef. in apparatu. n. 14. idque patere ex decretali e-  
ius Epistola relata in cap. proposuit. de concess. præb.  
eumque usum invaluisse aeo, ut sub Innoc. IV.  
qui fuit creatus Papa anno 1244. diversa Exspe-  
ctativarum formula composita fuerint, ut Thom.  
Campeg. tr. de reserv. benef. n. 10, ceterique dein  
passim

passim Pontifices hunc usum Exspectativarum ad Trid. usque retinuerunt, ut liquet ex diversis decretalibus sub titul. de script. de prob. de concess. prob. &c.

**Questio 630.** An, & qualiter dicta Exspectativae hodie dum sint sublata?

1. **R**espondeo: imprimis in Germania Exspectativarum & similium mandatorū de providendo sublatus usus per Concordata. Laym. ad cap. Capitalum S. Crucis. de script. q. 2. Dein Trident. sess. 24. c. 19. & sess. 25. c. 7. ob frequentes harum Exspectativarum abusus universaliter & generatim Exspectativas, & quæcunque eas redolent, abrogavit, ut Zipz. loc. cit. seu omnem earum usum & somitem, ut Lott. loc. cit. n. 16. sustulit, statuendo, nemini omnino imposterum quovis colore concedendas esse, nec haec tenus concessas valere Exspectativas. Barbo. paulò post citand. Et ita evanescunt cum eo etiam dicta Decretales, & ingentia Doctorum Commentaria super illis. Lott. ibid.

2. Procedere quē hanc ipsam abrogationem factam per Trid. etiam si accedit consensus Ordinarii, ajunt Barb. juris Eccles. l. 3. c. 13. n. 10. Zipz. loc. cit. n. 1. citantes Gonz. ad reg. 8. in proem. §. 1. n. 64. ubi etiam, quod sacra Congregatio Concilii declarat, ex hoc decreto Concilii colligi, non posse erigere Canonicatum supernumerarium ad futuram præbendam. Extendere se etiam hanc abrogationem Trid. ad Exspectativas in favorem Collegiorum, Universitatum, & singularium personarum, etiam sub nomine indulti, ait Paris. de regn. l. 2. q. 10. n. 4. sic quoque ait Zipz. loc. cit. num. 2. ex Barb. quod abrogatis hac ratione indultis concessis, Collegiis etiam & Universitatibus, periclitare sint nominationes Universitatum studiorum, ed quod disserit non videantur, ut alias solent, excepta, quamvis dicat Barbo sam alias ad c. 19. sess. 24. aliosque ab eo citatos nolle comprehendendi Collegia & Universitates, ubi non exprimuntur. Item extendit se hoc Trident. decretum ad reservationes mentales (quales dicebantur, dum Papa reservabat beneficium vel in specie, vel in genere per Bullam seu Breve, ut persona grata provideret, quam non exprimebat, sed in mente retinebat. Gonz. loc. cit. n. 67. apud Barb. & Zipz. ll. cit.) & quascunque gratias ad vacaturam, id est promissiones certorum beneficiorum, cum vacaverint: & eas nequidem Cardinalibus concedendas decrevit Trident. cit. c. 19. Zipz. & Barb. ll. cit. Non tamen per dictum Trident. decretum tolli consuetudinem titulorum canonorum præbendam expectantium; uti nec consuetudinem immemoriam, quā eligi solent aliqui Canonici, quibus denum cedat præbenda primò vacatura; præsertim si inter expectantes non Senior assimi ex Ordine, sed nova electione magis idoneus debeat, habet Garc. p. 6. n. 5. & p. 1. c. 1. num. 5. apud Zipz. loc. cit. Sed neque Trident. sessione 25. c. 7. abolitur removit Coadjutorias cum futura successione (quæ quoque rationem exspectativæ, seu gratia talis preventivæ seu prævenientis vacationem beneficij habent, ut Lott. l. 2. q. 2. n. 6. citans Rotam apud Mohed. decisi. 10. de privilegiis) sed induxit in Cathedralibus & Metropolitanis urgente necessitate, vel evidente utilitate, causâ per ipsum sumnum Pontificem cognitâ. Lott. loc. cit. quamvis Card. de Luc. ad Trid. d. 45. n. 9. dicat in Germania & Gallia, aliosque partibus ultra mon-

tes, in quibus Concilii observantia non adeo vi-geat, vel etiam si in aliis vigeat, in hoc tamen puncto usus alter suadeat, solere Papam facilis in di-ctis Ecclesiis concedere istiusmodi coadjutorias: in Italia verò & Hispaniâ nullum ferè esse usum istiusmodi Coadjutoriarum in Cathedralibus, be-ne tamen in Ecclesiis & beneficiis inferioribus, puta, in Parochialibus, in dignitatibus & Canonicati-bus Cathedralium & Collegiatarum; sed de Coad-jutoriis expresse alibi.

**Questio 631.** Qualiter hodie dum Papa se habeat circa concessionem istiusmodi exspectativarum?

1. **R**espondeo: quamvis usus ille Exspectativarum valde exorbitet à jure, quo inferioribus à Papa penitus interdictum est, vacationem beneficij præ-venire, juxta c. 2. de concess. prob. Lott. cit. q. 25. n. 2. Quin & Autores plures, præcipue Galli, apud Azor. p. 2. l. 6. c. 32. q. 3. existimarent, illum esse quoque contra antiquiores Canones, inventum per Decretales illas posteriores; dubitandum tamen non est, quin Papa ex plenitudine potestatis, derogando isti decreto Trid. utpote qua per illud ne in minimo diminuta fuit, hodie dum adhuc ejusmodi exspectativas concedere possit. Lott. loc. cit. n. 4. Card. de Lut. ad Trid. d. 45. n. 1. Quin & ea concessio habere potest summam honestatem, fundam nimis in utilitate judicio Papæ expensa, & æstimatæ ex meritis personæ, cui talis gratia fit. Lott. ibid. n. 3. Verumtamen hoc jus sibi solum tribuit Papa, veluti pro imperio quodam extraordinario. Lott. n. 2. ex Cujac. in explicat. I. & 2. c. de concess. prob. Quin & in utendo hoc jure suo & plenitudine potestatis post Trid. admodum rari sunt Pontifices. Card. de Luc. loc. cit. vel etiam prorsus à concedendis istiusmodi gratiis abstinerint. Lott. n. 5. ubi: quod etsi audiverit, à quibusdam quandoque, etiam post Trid. fuisse has gratias concessas, non tamen se reperire exemplum aliud, quam sub Gregor. XIV. pro Canonicatu Ecclesia Calaguritanæ 26. Septembris Anno 1561. super quo lis postea fuit orta; & tametsi validam & efficacem propter dictam potestatis plenitudinem, quā fuerat usus Gregor. cum expressa derogatione Concilii, eam nihilominus gratiam Rota habuerit pro exorbitante. Lott. cit. n. 5.

**Questio 632.** In qua forma concedantur exspectativae, & quale ius conferant?

1. **R**espondeo ad primum, Exspectativam aliam dari in forma simplicis provisionis, quando nimis Papa provideret alicui de beneficio vacatu-ro, quod decernit acceptandum cum clausula: ex nunc prout ex tunc, quo casu etsi constituti certi Executores, tamen gratia dicitur perfecta, nec re-vocatur morte. Alia datur in forma simplicis man-dati de providingendo, quando nimis Papa man-dat certis Executoribus, ut provideant impre-tranti de beneficio vacatu-ro, quod duxerit acceptandum, quo casu morte concedentis exspirat gratia. Lott. l. 2. q. 51. n. 79.

2. Respondeo ad secundum, ante acceptatio-nem beneficij per exspectantem (quæ acceptatio-eget expressa declaratione exspectantis, nec aliud præsumitur. Cardin. in Clem. I. de concess. prob. n. 8.) nullum prorsus ius ei queritur, quod considerabile